



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

16 Facultas episcopi per Conc. concessa, per Bullam c[o]en[a]e derogata est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO XII.

Vicarius Generalis episcopi, qui ob pretenfam innoyationem excommunicatus, & nominatim declaratus est, a qua declaratione appellauit, cum eodem Episcopo communicans in actis, quæ episcopus innoyando fecisse dicitur, nec excommunicandus est, nec euitandus; non solum ex eo, quod excommunicatio Episcopo, non censetur excommunicatus Vicarius eius, c. r. de offic. vica. in 6. sed etiam quia Episcopus appellauit a declaratione, qua excommunicatus declaratus fuit, vnde & ipsa declaratio suspensa fuit: quamuis enim excommunicatio per appellationem non suspenditur, c. is qui, de sent. excom. in 6. & gl. in c. cupientes, de elect. in 6. declaratio tamen, qua quis in excommunicationem incidisse declaratur, per appellationem suspenditur, vnde talis Episcopus nec alios vitare nec alij illum vitare tenentur, lite super declaratione durante.

DECISIO XIII.

Ex conf. 13. alias 13. de heret.

Excommunicans cum heretico excommunicato denunciato in ijs, quæ ad animæ salutem pertinent, & ad aliqua alia incidenter, quæ vt magis proficiat, intentæ sunt, c. cum voluntate, de sent. excom. nullam censuram etiam excommunicationis minoris incurrit: sed neque aduocatus pro consilio ab heretico pecunias accipiens, excommunicatus est, c. Non liceat, 11. q. 3.

DECISIO XIV.

Ex conf. 14. alias 14.

Episcopus pauperes mendicare non assuetos, ab excommunicatione Papæ reservata absoluere potest, Arg. c. quod de his & c. quauis, de sent. excom. & c. eos, tit. eod. in 6. & sic absoluti ab Episcopo propter impedimentum veniendi Romam, ad veniendum postea Romam non sunt obligati.

DECISIO XV.

Qui propter impedimentum veniendi Romam a percussione clerici absolutus potest, etiam a quacunque alia excommunicatione reservata pari ratione absolutus poterit.

DECISIO XVI.

Ex conf. 15. alias 11. de priuil.

Facultas concessa Episcopis absoluendi ab hæresi in foro conscientie tantum à Concilio Tridentino, sess. 24. c. de ref. per Bullam Cæcæ Domini, ibi, [Ac cuiusuis Concilij decreta,] abrogata est: Et potestas data olim à Concilio vt postea Episcopus ab ea in foro conscientie absoluere, absoluto, quoad forum exterius nihil prodesse potuit; in hoc enim foro, perinde se habuit, ac si absolutus non esset. Potuit autem episcopus ab excommunicatione ob hæresim incurta extra confessionem sacramentalem absoluere, data ei facultate, vt ab alio in foro conscientie, & sacramentali absoluere.

DECISIO XVII.

Ex conf. 16. alias 42.

Episcopus, vel Vicarius generalis, qui aliquem in excommunicationem Papæ reservatam incidisse declarat, ei facultatem audiendi Missas, & officia diuina, & communicandi cum alijs, dare non potest.

[Consilium decimum septimum, quia idem omnino est cum illo secundo de conditionibus appositis, lib. 4. titu. 4. hoc in loco omissum est, ne frustra bis repetatur.]

DECISIO XVIII.

Ex conf. 18. alias 45.

Delatus excommunicatus ab Auditore Rotæ, & de consensu Procuratoris aduersarii absolutus a Nuncio Sedis Apostolicæ ad certum tempus, dicente habere facul-

ratem absoluendi illum auctoritate Apostolica debitis circumstantiis obseruatis; si sic absolutus intra tempus illud celebret, in excommunicationem non incurrit, & fructus beneficii facit suos; cum legati facultatem absoluendi, saltem ad tempus, in huiusmodi casibus propter absentiam eius, ad quem pertinet absolutio, habere soleant; c. eos, idem statuimus, de sent. excom. in 6. & Nau. in Man. c. 27. num. 46. Auctoritas autem Nuncij dicentis se facultatem illam habere, & facientis facultatem celebrandi per tempus ab eo præfixum, iusta causa est cur alter se bene absolutum esse credat, & quod celebrare possit, & etiam a dolo & contemptu excusetur, sine quo irregularitas non incurritur. Pan. in pastoralis. de appell.

DECISIO XIX.

Ex conf. 10. alias 10. de verb. sign.

Episcopi contra officiales, & Nuncios sedis Apostolicæ, sine Papæ licentia procedere, aut vllam in eos censuram ferre, non possunt. Extr. cum Mattheus, de heret.

DECISIO XX.

Ex conf. 20. [alias] 9.

22. deest in nouis.

Excommunicatio in vniuersum Capitulum, non simpliciter, & absolute sed eum conditione lata, & etiam in singulos eius Canonicos, qui culpabiles forent, culpa mortali ligat, c. Romana, §. vniuersitatem, de sent. excom. in 6. suspensio capituli non censetur singulares eius suspensio, nisi culpabiles sint, etiam si sit suspensio ab ingressu ecclesiæ, ex Nau. in Man. c. 27. num. 152.

DECISIO XXI.

Ex conf. 21. alias 1. de dolo, & cont.

Intimatio facta Canonicis non congregatis in Capitulo, nec in alio loco legitime vocatis prout requiritur ad hoc, vt Capitulum faciant, ex Fel. in c. eam te, de refer. nec legitima est, nec pro tali habenda, nisi clausula apposta, si non pater turus ad Capitulum accessus, vel nisi Capitulum intimationem impediatur, nec ad penas incurtendas sufficit.

DECISIO XXII.

Ex conf. 23. alias 57.

Collationes beneficiorum factæ à Capitulo suspensio, & non declarato, validae sunt, cum legitima declaratio ad incurtendas penas, etiam ipso iure incurtus, requiratur; Gl. in cle. 1. de cens. & Fel. in c. Rodolphus, de refer. maxime cum gesta à Capitulo etiam suspensio fiant tanquam a persona publica, cuius gesta valent, donec tolerentur, c. Ad probandum, de re iudic.

DECISIO XXIII.

Ex conf. 24. alias 7.

Excommunicatio contra Capitulum, vel Collegiū absolute lata, nihil addito de singularibus eorum, nulla est, c. Romana, §. vniuersitatem, de sent. excom. in 6. fecus autem si contra Capitulum, & singulos culpabiles feratur, tunc enim culpabiles mortaliter ligat, quamuis non culpabiles venialiter solum; Nemo enim excommunicationem generaliter latam, nisi ob culpam mortalem incurrit, c. Nullus, 11. q. 3.

DECISIO XXIV.

Canicus mortaliter culpabilis, Collegij, vel Capituli excommunicati cum singularibus culpabilibus celebrando irregularis efficitur, c. clerici, c. lateres, & c. si celebrat de cleric. exc. ministr. poterit tamen in loco sacro sepeliri, si denunciatus non fuerit; quia nemo excommunicatum viuum, aut mortuum, si denunciatus non fuerit, vitare tenetur; vt habetur per Extr. ad euitada. Martini V. & per Nau. in Man. c. 27. nu. 35. ipse tamen vitans, alios